



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Dionysii Carthvsiani, luculenta iuxta ac compendiaria
in Acta apostolorum exegesis siue commentaria**

Dionysius <Cartusianus>

Coloniæ, 1532

VD16 D 1926

de obseruantijis obseruantiarumq[ue] causis veteris legis art. 7

urn:nbn:de:hbz:466:1-38702

D. DIONY. A RICK. CAR.
terrena nimis desiderans : ne sit lippus , id est , intelle
ctum carnali affectu obtenebratum habens : ne habeat
maculam in oculo , id est , præsumptionem sanctitatis
in corde : ne habeat iugem scabiem , id est perulantiam
carnis ; ne habeat impetiginem , id est , auaritiam : nescie
herniosus , id est , ponderosus , vt pote turpidumis pon
dus gestans in corde , quamvis non exerceat nec exer
quatur in opere . Porro per ornamenta signantur mi
nistrorum dei virtutes , qbus porrissimum oportet sacer
dotes ornari . Peccataria enim exprimitur casti
tas . per tunicam lineam puritas viræ , per cingulum dis
cretionis moderatio . Per tiaram caput regentem , anten
tions rectitudine atque sinceritas . Ultra hæc autem de
bent pontifices quatuor speciali modo habere , vnde
et iugem dei memoriam diuina contemplando quod
significatur per auream laminam , nomen dei haben
tem in fronte pendente . Secundo tolerantiam plam
infrimiratum vitiorumq; populi , quod superhumeralē de
signat . Tertio sapientiam cordis per sollicitudinem cha
ritatis , quod rationale significat . Quarto conuersati
onem cælestem per opera perfectionis , quod tunica hya
cinthina figurat , in cuius extremitate pendent rimbala
bula aurea , quia pontifices sonare fulgere que debent di
uinorum doctrinæ . Per mala quoque punica , unitas
païs & vera designatur concordia . Quam nobis pra
ficiat , dignius deusлагitor pacis & amator charitatis
dominus noster Iesus Christus : qui est super omnia de
us sublimis & benedictus . Amen .

¶ DE OBSERVANTIIIS clementia
obseruantiarumque causis veteris legis . Articulus Septimus ,

Leuit.10.
Lucæ.1.

C Vt stodite spiritum vestrum , & nolite contami
nare animas vestras : sed estote perfecti , incep
entes sine querela in omnibus iustificationi
bus domini dei vestri . Hæc enim voluntas dei sancti .

E P I T O , P A R S . S E C V N .

scario vestra . Estore igitur sancti, sicut & pater ve-
stier caelitus . Iam de rationibus sacrificiorum atque
sacrorum ac sacramentorum veteris legis vicemq; ser-
mo expletus est ; nunc vero de obseruantis obser-
uantiarumque causis, dicendum est. Dictum est enim
quemadmodum ad ceremonialia veteris legis præce-
pta quatuor ista pertineant . Offensum : si autem, ea
qua diuino cultui mancipantur, speciali oportere san-
ctitate ac dignitate pollere, sicut de vasis & vestibus sa-
cris ac templo innovuit . Quoniam ergo populus ille
hebreus, & praesertim Leuitus, diuino fuerat cul-
tui depuratus, idcirco in eorum conuersatione aliqua
obserabantur, qua ad diuinis cultus congruentiam at-
tingent, in chis & potibus . Harum autem obseruan-
tiarum una est ratio literalis, secundum relationem earum
& conuenientiam ad cultum diuinum pro tempore il-
lorum. Secunda est ratio figuralis & mystica, eo qd om-
nia in figura nouae legis & Christi eis contigerint. Li-
teraliter ergo loquendo quidam cibi ei⁹ prohibiti sunt, non
quasi essentialiter immundi & mali, aut animam per se
manculantes, cum teste Apostolo, omnis creatura dei
sit bona, nihil que sit reprehendendum quod cum gratiarum
actione percipitur . Sed erant cibi tales immundi pro
pter corporalem immundiciam, vel corruptionem, aut
disproportionem ad vitam humanam. Quaedam etenim
eis erant prohibita, quia ex rebus immundis aluntur,
vt porci, vel quia immunde conuerstantur, vt animalia
subterranea, scilicet talpæ & mures, Vel quia ob super-
fluam humiditatem vel siccitatem corruptos genera-
rent humores in humanis corporibus, sicut leo, &c.

.1.Thes. 4.

Animalia vero vngulata non fissam habentia sunt eis
prohibita, ppter terrefactiæ eos. Similiter multas in
pedibus fissuras habentia, cū nimis cholera sint atq; adu-
sta, vt carnes leonis. Prohibitæ quoq; sunt eis aves que
dam rapaces, cū sint nimis siccitatis, & aves quedam
aquaticæ, cum sint nimis humiditatis. Animalia vero
ruminantia vngulata fissentia, sunt eis ad māducandā
concessa. Sunt emi in die complexioñata, et hñt humo-

.1.Corr. 10.

.1.Tim. 4.

Leuit. 7.

et. 31. 1. 1.
et. 32. 1. 1.

D. DION Y. A R I C K. C A R.

res bene digestos. Nam quod non sunt nimium humida, testantur vngulæ, quod autem non sunt nimis terrestria, patet ex hoc quod non habent continuam vngulam. In piscibus demum concessi sunt eis pisces sicciores, squamas pennulasque habentes, per quas fit modera complexio piscium. Aures etiam magis temperate sunt eis concessæ, ut gallinæ & perdices. Aliæ horum ratio extitit, detestatio idolatriæ. Gentiles namque, sertim Aegypti inter quos erant Iudæi nutriti, si anaq; Iudæis ad edendum concessa sunt, non manducabant, sed ut deos colebant, ut ouem & bouem. Alia vero que Iudæis prohibita fuerant, aliqua comedebant. Genera liter vero prohibitus eis fuit sanguinis esus, quatenus crudelitatem humanique sanguinis effusionem horrerent. Et quia idolatriæ sanguinem immolatorum colligebant, & circa eum edebat: Propter quod dominus suscit sanguinem effundi, & puluere operiri. Eadem ratio ne non licuit eis comedere suffocata & strangulata, quoniam sanguis eorum non separatur ab ipsorum corporibus, vel quia in tali morte animalia multum affliguntur, idcirco voluit eos dominus a tali crudelitate arce re circa bestias, quatenus inuicem misericordes cohererent. Adeps autem eis prohibitus fuit, quia idolatriæ adipem comedenterunt in suorum hor ore deorum, & q; cremabantur ad dei honorem, & quia adeps & sanguis non generant bonum nutrimentum, ut affuerit rabies moyses. Postro ratio figuralis istorum est, nam per animalia prohibita designantur, secundum Augustinum, quædam peccata vitanda. Animal ergo quod vngulam fit ac ruminat, mundum fuit, quoniam vngulæ distinctionem designant duorum testamentorum, vel patris & filii, vel duarum naturarum in Christo, distinctionemque boni ac mali. Ruminatio autem significat meditationem scripturarum, & altum intellectum esse. Cuicunque vero aliquid horum deest, spiritualiter in mundus est. Pisces quoque habentes squamas & pennulas, mundi erant, quia per pennulas contemplatio, per squamas signatur aspera penitentialisque vita. In ag-

ERITO. PARS SECVN.

la vero quæ alte volat, prohibetur superbia. In Griffo, qui equis atque hominibus molestus est, prohibetur potentum crudelitas. In Aliecho, qui minimis pascitur animalibus, signantur qui pauperibus graues sunt. In Milvo insidijs utete, figurantur fraudulenti. In Vulture, qui ex eretum sequitur ut cadavera deuoret occisorum, significantur qui amore lucri hominum necem discordiaq; procurant. Per coruos, qui voluptratum libidine dent grantur. Per Struthionem, qui quamvis sit avis volare tamen non valer, sed terræ adheret: designantur homines qui licet sint rationales, deo tamen non militant, sed secularibus implicantur negotijs. Per Nocticoracem qui in die non videt sed nocte, signantur qui in temporalibus sunt acuti, in spiritualibus autem obtusi. Larus vero eos figurat, qui circumcisionem & baptismum simul honorant. Per Accipitrem significantur, qui potenteribus causa prædandi defterunt. Per Bubonem, qui in die latet & nocte vagatur, luxuriosi signantur. Per Mergulum, qui sub aquis diu moratur, gulosi, qui se in aquis delitiarum demergunt. Per Ibidem longum rostrum habentem & ex serpentibus pastum querentem signati sunt inuidi, qui ex aliorum malis quasi ex serpentibus reficiuntur. Per Cygnum candidi coloris longaque colli, signantur hypocritæ, qui per apparentis naturam iusticie terrena lucra conquirunt. Fer Onocrotulum, qui est avis orientis, longum rostrum habens, atque in fauibus folliculos in quibus primo cibum reponit, quem post horam in ventrem transmittit; figuratur avari qui temporalia nimia diligentia cumulant. Per Porphyronem, qui præter aliarum avium modum habet unum pedem latum ad natandum, alium fusum ad gradierendum, in aquis natans in terraque ambulans qui solo morsu bibit & omnem cibum aquis intingit. illi signantur, qui secundum aliorum voluntatem nescire volunt, sed solum secundum proprijs affectus inclinationem. Per Herodionem, qui falco vocatur, significantur quorum pedes veloces sunt ad sanguinis effusionem. Per Garadriam, quæ avis est garrula, figurantur



D. DION. A RICK. CART.

loquaces. Per vppuram in stereoribus nidsificantem, que
pascitur simo, & in canu gemitum simulat, designant
tristes tristitia fæculi, quæ mortem operatur. Per ves-
pertilionem in basso volantem, signantur qui sola ter-
rena apprecentur. Circa volatilia vero quadrupedia
concedebantur Iudæis ea dñtaxat, quæ posteriora cu-
ra habent longiora, ut queant salire. Alia vero quæ ter-
ræ magis adhærent, prohibebantur, quia qui qua uor
exangeliorum doctrina abutuntur, mudi reputantur.
Inter plantas veronon est facta distinctio, quoniam
vsus platarum ante diluvium fuit. Vsus autē carnium
pestea videtur inductus, magisque ad curiositatem at-
que delicias, quā ad necessitatem pertinet virtus. Et er-
go volens deus populum suum ad simpliciorem reduce-
Exod. 24. re vietum, animalia multa prohibuit. Iussit quoque do-
minus ne coquerent hœdum in lacte propriæ matris,
quia hoc facere ad crudelitatem pertinet eius qui cogit.
Lac namque matris ad alimentum, non consumptionē
sobolis ordinatur, Vel q̄a gentiles hœdum in lacte ma-
tris coquere consueuerint. Figuraliter autem p̄ hoc sig-
nificatur quod Christus qui signatur per hœdum pro-
pter similitudinem cānis peccati, non erat coquendus
Id est, occidendum in lacte matris sue, id est, tempore sus
infantiae. Rursus q̄a Gentiles primi uos fructus for-
tunatos & dij̄s suis offerendos putabant, præcepit domi-
nus populo suo, vt trium primorum poma annorum
reputarent emmunda. Quarti & anni poma deo offer-
rent, tamquam primicias fructuum. Quinto autem an-
no ipsi vescerentur ex eis, & deinceps. Spiritualiter autem
p̄ ista signat, qđ post iyes status sub lege, scilicet, post
Abraham David, & transmigrationem Babylonis, erat
Christus deo offerendus, ex cuius nos deinceps sacra
eis reficimur. Prohibuit etiam dñs, ne vittentur vesti-
mentis ex lana & lino contextis, quia huiusmodi vitten-
bantur idolatræ. Et ne viri indueretur veste feminina
Vel econtra, q̄a in sacris Martis mulieres vtebantur ve-
stimentis virorum, & in sacris Veneris viri indurbans
vestibus feminaz. Ratio autem spiritualis est, manu



E P I T O . P A R S S E C V N .

per vestem simplicem innocētia designatur. Mulier q̄d
docendi officiū usurpare non debet. Quamvis vero, te-
ste Apostolo, non sit deo cura de bubus, videlicet quia
nō curar nec exigit, quid homo circa ea agat ex affectu-
rationis. omnia enim subiecit sub pedibus eius; curat ta-
men dei & quomodo homo se habet ad bruta, quācum ad
affectum passionis. Volut igitur dominus, ut circa bru-
torum peccatas essent compacientes, quatenus ita assuefce-
ret misericordia atque succerere proximis. Ideoque prohi-
buit alligari os boui trituranti, & matrem cū pullis oc-
cidi. Vel in detestationem idolatriæ. Reputabant enim
Aegypti nephias bouem comedere ex frugibus terræ.

1.Tim.2.

1.Cor.9.

Psalmo.8.

Deut.25.

Simili ratione prohibuit diuersorum animalium com-
mixture, talibus namq; vtebant Aegypti in obsequi-
um planetarum, qui secundum coniunctiones diuersas
varios sortiuntur effectus. Etiam ad tollendam occasio-
nem libidinis, vñque contra naturam. Vnde Rabimo
Ihes narrat fuisse traditum in traditionibus Iudeorum,
quatenus oculos suos auerterent ab animalibus tēpore
coniunctionis. Spiritualiter autē non debemus tenere
matrem cum filii, id est, literalem sensum cum
spirituali. Sed & boui trituranti, id est, prædicatori
verbi diuini, non est os alligandum, id est, necessaria
vitæ tollenda. Prohibuit insup deus populo sibi peculia-
ri, ne simul ararent in bove & asino. Sic enim Aegypti
in venerationem diuersæ coniunctionis stellarum ara-
bant. Ratio autem figuralis est, nam in prædicatione
diuina fatus, qui signatur per asinum propter hebetu-
dinem sensus, non est sociandus boui, id est, viro vtili
atque perito. Præcepit quoque dominus, ne sacerdotes
minores, qui certis temporibus ministrabant in templis
ingredierentur ad omnem mortuū, nisi ad patrem ac ma-
tre, & valde pximos, ne contaminarent. Et hoc ad exclu-
sionem idolatriæ cultū. Sacerdotes etenim idolorum in ritib;
suis ossibus mortuorum & carnibus vtebāt. Pontifex vero
qm temp paratus eē debebat ad cultū diuinum, ad nul-
lum mortuum ingredi potuit. Mandauit quoque dñs
ne barba caput graderent, aut carnem suam, vel vestem

o 4

D. DIONY. A RICK C. A.

inciderent quia enim talia sacerdotes Gerilium faciebat
Spiritualiter autem horum ratio est, quoniam sacerdo-
tes ab operibus mortuis, id est, peccatis, esse debent im-
munes, nec debent radere caput, id est, deponere sapie-
tiam vel barbam, id est, scientiae perfectionem, nec ve-
stem aut carnem incidere, id est, schismati consentire.

DE P R A E C E P T I S I V I D I A
cialibus veteris testamanti, ad principes p. 218
ac popularē conuictum prinentibus etiam in
Articulus octauus.

Exodi. 10.



Aec sunt præcepta atque iudicia, quæ co-
stiruit dominus per Moysen inter se & fi-
lios Israel. Iudicia veteris legis præ-
cepta dicuntur quæ moralia præcepta le-
gis diuinæ ordinant atque determinant,
quantum ad conuersationem hominum
mutuam, quæ admodum illa præcepta ceremonia ap-
pellantur, quæ præcepta moralia diuinæ legis determi-
nant, quantum ad cultum diuinam exteriorem colendi
que modum, ut ante latius demonstratum est. Ordina-
rio autem humanæ vi tæ sine principe ce non potest accidi
ce, qui sit iusticiæ custos & velut quædam anima et au-
sticia, ad quam subiecti in omni necessitate recurrent.
Sunt vero quatuor species principatus, secundum Phi-
losophum, quorum præcipuus dicitur Regnum, in quo
vñus regnat secundum virtutem & æquitatem. Et aris-
tocracia, in qua multi boni principiantur, vñus
que virtuosus omnibus præsidet, & talis principatus
ad omnes quodammodo pertinet. Nam principates

Nume. II. ab omnibus eliguntur, & ex omnibz eligi possunt. Talis
vero exitit principat⁹ sub veteri lege, sed in ordinatio-
ne diuinæ. Moyses namque successoresque eius præterat
populo, tamquam singulariter omnibus dominantes,

quod est quædam species regni. Eligebantur quoque se-
niores secundum virtutem, ut principarentur sub ipso

Deuter. I. ac singuli propriū exerceant officium, sicut in Deuterio.